

anima Christi, tegens ejus divinitatem; renes sunt caro Christi, Christus enim est omnis hostia nostra, tam pacifica quam holocaustum et pro peccato.

Tropolog. Radulph. : *Adeps, qui operit vitula, significat affectum quem habemus ad hanc vitam; pinguedine quoque que intrinsecus est, eorum innuit amorem que in hac vita possidentur, ut est domus, ager, pecunia, pater, mater et propinqui, que omnia si in hac vita abundant, beatos facere videntur: verum Deus hoc sibi offerri et adoleri precipit; quamvis id fiat aegre et cum dolore, ut scilicet quis malit illa perdere, et ab illis averti, quam à Deo et pietate recedere. Qui enim amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus, ait Dominus.*

Cum RENUNCULIS, cum renibus jam nominatis hoc eodem versu. Est pleonasmus, sive hebraica repetitio ejusdem rei (nam per renunculos hic semper intelligi renes duos), qui in lumbis sunt, adeoque renes lumbares hic Deum sibi adoleri velle, patet ex Hebr. Septuag., Josepho et Philone, qui constanter hic et alibi vertunt *vepēōs*, id est, renes. Ita legit et S. Basilus lib. de vera Virginitate; Origenes hic hom. 5; Theodor. hic et q. 61 in Exod.; Isychius, Radulph., Beda, Yatabl. et alii, imò et interpres noster, qui quos hoc versu vocavit renes et renunculos, versu 10 et 15 tantum vocat renunculos. Idem ergo sunt renes et renunculi.

Tropolog. idem, puta S. Basilus, Theodor., Isychius, Radulphus, per renes intelligunt appetitum concupiscibilem, maxime libidinis; renes enim sunt vasa generata, ait Philo. Unde Ecclesia orat: *Ure igne sancti Spiritus renes nostros et cor nostrum, Domine, ut tibi casto corpore serviamus, et mundo corde placeamus.* Idem per reticulum jecoris intelligunt vim et appetitum irascibilem: hepar enim est fons sanguinis, id est, crudelitatis: hec, ait Radulph., offerentes victimam pacificam, id est, meliores et conjugati, non omnino abijcere debent, sed partim Deo offerre, rebusque divinis impendere, partim mortificare et restringere, ut docent S. Basil. et Theodor.

VERS. 8. — IN VESTIBULO TABERNACULI, in introitu tabernaculi, uti dixit v. 2, puta ante Sanctum, apud altare holocaustum.

VERS. 9 et 10. — ET CAUDAM TOTAM CUM RENIBUS. Rectè interpres noster Hebræa vertit, quidquid recentiores cum Chaldeo aliter vertant: nam sic aut verbum habent Hebræa: *Caudam integram ad oppositum spinæ dorsi auferent*, id est, ita auferent caudam et eò usque, ut simul renes oppositos spinæ dorsi auferant; nam spina dorsi illa parte quæ caudæ conjungitur, renes sustinet, ita Cajetan. Et hoc videntur voluisse Septuag. hic et c. 8, v. 25, qui pro caudâ habent lumbum: sic enim vertunt *καὶ τὴν ὀπίσθον ἀμφοτέρων κατὰ πόδας*, quod interpres Bibliorum recentiorum non bene vertit, et lumbum immaculatum cum ilibus: verendum enim est, et lumbum immaculatum cum musciculis (hi enim vocantur *πόδες*) interius, vel carne internâ, qui nimirum adherent renes, quod idem est ac si diceret: Lumbum cum renibus auferant et offerant

Deo. In hostiâ ergo pacificâ ovis, puta agni et arietis, ut patet Levit. 9, 19, peculiarare erat quod caudâ adolebatur Domino; hoc enim non fiebat si hostia pacificâ esset bos aut capra. Cujus rei causam tropologicam dat Radulph. Cauda, ait, quia finis est corporis, symbolum est consummationis et perseverantie in sanctis et bonis operibus; hanc in ove solâ offeri præcipit Deus, quia reverâ ovis, id est, simplicibus, incogitantibus et desidiis de inconstantiâ timendum est; non autem victimis caprarum, id est, peccatoribus penitentibus; nec victimis boum, id est, laboriosis, qui videntes fructum laborum suorum, voluptate magnâ saginantur, itaque accuntur et roborantur ad labores. Hinc S. Gregor. hom. 25 in Evangel. : *Præcepto, inquit, legis caudâ hostiæ in sacrificio jubetur offerri: in caudâ quippe finis est corporis, et ille benè dicitur perducit actionis. Perseverantia, ait S. Bern. ep. 129, nutritur est ad meritum, mediantia ad premium, soror patientiæ, constantia filia, amica pacis, amicitiarum nodus, unanimittatis vinculum, sanctitatis propugnaculum. Tolle perseverantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudinis. Sola est, cui æternitas redditur, vel potius que æternitati hominem reddit, dicente Domino: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*

VERS. 16 et 17. — OMNIS ADEPS DOMINI ERIT JURE PERPETUO IN GENERATIONIBUS, ET CUNCTIS HABITACULIS VESTRIS. Ita scilicet, ut nulla generatio nallaque domus ab hac lege sese excipere possit.

VERS. 17. — NEC SANGUINEM, NEC ADIPEM OMNINO COMEDETIS. Nota. Judæis vetitus fuit omnis sanguis, non tantum immolatus, puta sanguis victimæ, de quo propriè hic agitur, uti mox patebit ex adipe, sed etiam quivis alius, v. g., ovis, capra, servi, quem domi ad esum mactabant. Eorum enim sanguinem non edere, sed in terram effundere debebant, ut patet Deut. 12, v. 16; et hic c. 17, 15, ubi et v. 11, ratio hujus legis insinuat: videlicet, quia anima carnis in sanguine est, id est, quia sanguis est vehiculum, nutrimentum et tutela vite, vitaliumque spirituum; vita autem solius est Dei: ergo par est et sanguinem soli Deo cedere, etiamsi non sit sanguis victimæ; nam si sit victimæ, clarum est justissimum esse, ut is omnis in sacrificio Deo auctori vite liberetur. Ita Theodor. Secunda causa est, quia voluit Deus Judæos mansuetudinem docere, et longissimè avocare à crudelitate, in homines exercendâ. Itaque vetuit esum sanguinis bestiarum, in quo vita animalis consistit; concessit autem esum carnis exsanguis et exanimis. Ita Isychius et Abul. Vide dicta Gen. 9, 4 et seq. Hinc et Apostoli primis Christianis, Actor. 15, 29, veterant esum sanguinis, ut sic facilius Judæi cum gentibus consuescerent, in quamque Ecclesiam coalescerent. Judæi enim aversabantur gentes quasi barbaras, eò quod sanguinem comederent.

NEC ADIPEM OMNINO COMEDETIS. Omnem adipem hic edii vetat, eumque sibi depositus Deus. Adipem intellige, non eum qui carni adheret, eique immixtus est

sed qui seorsum in intestinis confertus et condensatus est. Rursùm adipem intellige hostiæ immolate, aut que poterat immolari. Nullum ergo adipem ovis, capræ, bovis, etsi sibi mactatus ad esum esset, poterant comedere Hebræi; quia hæc animalia munda erant ad sacrificium, Deoque immolari poterant: adipem vero aliorum animalium mundorum, quæ Deo non immolabantur, comedere poterant Hebræi. Itaque poterant comedere adipem capræ, servi, bubali, tragelaphi, pygargi, orygis, camelopardi: hæc enim munda erant ad esum, sed non ad sacrificium, ut patet c. 7; ita S. Aug. hic qu. 2. Judæi tamen ut exactius legem hanc servarent, omni omnino adipe, etiam servi, bubali etc., abstinere, eumque abijciebant, uti etiamnum facere perhibentur. Verum lex hoc non præcipit. Ratio hujus legis erat, quia adeps igni est aptissimus, estque optima portio hostiæ: hanc ergo Deo cedere par erat, si esset adeps victimæ immolate: sin autem esset adeps victimæ non immolatæ, sed que immolari poterat, par erat, ut ob Dei reverentiam, adipe hoc etiam non immolato abstinere; quia adeps hic erat ex hostiis que Deo immolari poterant. Idque voluit Deus, ut sic semper haberent Hebræi religionis et cultus Dei exercitium, utque eum etiam domi jugiter hæc ratione colerent et venerarent. Ex adipe hoc Deo sacro manavit illa Scripturæ phrasit, ut sacrificium Deo gratum et dignum vocet sacrificium pinguium, oreque ut holocaustum nostrum pingue fiat. Victimæ enim carnosæ et benè saginate, abundant pinguedine et adipe.

Tropologicè et Isychius et Radulph., adeps anime est anima desiderium, affectus, devotio et intentio, que in omni opere quo Deo placere, Deique gratiam demereri cupimus, ad Deum est dirigenda; quisquis ergo in bono opere quod agit, gloriam non Dei, sed suam, aut lucrum temporale querit, hic adipem Domino subtrahit et comedit. Mediocres ergo et conjugati (qui per hostiam pacificam significantur) in suis

## CAPUT IV.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :
2. Loquere filiis Israel: Anima, que peccaverit per ignorantiam, et de universis mandatis Domini, que præcepit ut non fereant, quidpiam fecerit;
3. Si sacerdos, qui unctus est peccaverit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino :
4. Et adducet illum ad ostium tabernaculi testinone coram Domino, ponetque manum super caput ejus, et immolabit eum Domino.
5. Hauriet quoque de sanguine vituli, inferens illum in tabernaculum testimonii.
6. Cômque intinxerit digitum in sanguine, asperget eo septies coram Domino contra velum sanctuarium.
7. Ponetque de eodem sanguine super cornua altaris thymianatis gratissimi Domino, quod est in tabernaculo testimonii: omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris holocausti in introitu tabernaculi.

negotiosis operibus hunc saltem adipem, puta hanc sinceram intentionem Deo offerre debent: per eam enim opera indifferencia, ut fabricare, arare, foderre, etc., sunt sancta et meritoria, actusque religionis, charitatis, etc. Hoc pauci milites, rustici, mechanici sciunt, vel advertunt; hinc pro lucro multa tolerant, multum laborant, sed frustra, quia apud Deum mercede carebunt, cum ad eum labores suos non retulerint. Hoc ferre doceant eos pastores et catechista, ut uno eodemque opere, ob hanc piam intentionem, qua opus Deo offerunt, illudque suscipiunt ob Dei honorem et amorem, lucra tam æterna quam temporalia acquirant. Sicut fabrica, ait S. Greg., columnis, columnæ autem basibus invituntur, ita vita nostra in virtutibus, virtutes autem in intentione intimâ subsistunt. Et rursùm: Si semel, inquit, cor intentione corrumpitur, sequentis actionis mediocritas et terminus ab hoste callido securè possidetur: quoniam totam arborem sibi fructus ferre conspicit, quam veneni dente in radice vulneravit. Summâ curâ vigilandum est, ne vel basibus operibus serviens mens, reproba intentione polluitur. Et S. Bern. tr. de Præcept. et Dispens. *Ut interior, ait, oculus verè simplex sit, duo illi arbitror esse necessaria, charitatem in intentione, et veritatem in electione; quomodo enim simplex erit oculus, qui eis ignorantia veritatis malum nescius agit? Hujus enim bonus est oculus quia pius; non tamen simplex, quia cæcus. Et est qui bonum et libenter agit, et prudenter intelligit; illius oculus simplicem dixerim, utpote cui neutrum bonum desit nec zelus scilicet bonus, nec scientia; ille verò oculus nequam est, qui perversus, pariter cæcus, bonum agit, et malum credit.*

Tropologia horum trium primorum capitum etiam sequentibus applica.

Denique nota. Sicut in holocausto, ita et in hostiâ pacificâ adhibebatur libamen theri, salis, olei, vini et farinæ, idque certâ mensurâ, atque eo ritu quem dixi cap. præcedenti v. 15, de quo plura Num. 15, 4.

## CHAPITRE IV.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :
2. Dites ceci aux enfans d'Israël: Lorsqu'un homme a péché par une ignorance, qui ne le rend pas tout-à-fait excusable, et qu'il a violé quelqu'un de tous les commandemens du Seigneur, en faisant quelque chose qu'il a défendu de faire;
3. Si le grand-prêtre, qui a reçu l'onction sainte, est celui qui a péché en faisant pécher le peuple, il offrira au Seigneur pour son péché, un veau sans tache, c'est-à-dire sans défaut.
4. Et l'ayant amené à l'entrée du tabernacle du témoignage devant le Seigneur, il lui mettra la main sur la tête, comme pour le charger de son péché, et il l'immolera au Seigneur.
5. Il prendra aussi du sang de veau, qu'il portera dans le tabernacle du témoignage;
6. Et ayant trempé son doigt dans le sang de cette victime, il en fera l'aspersion sept fois, en présence du Seigneur devant le voile du sanctuaire.
7. Il mettra de ce même sang sur les cornes de l'autel des parfums d'une odeur très-agréable au Seigneur, lequel est dans le tabernacle du témoignage; et il répandra tout le reste du sang au pied de l'autel des holocaustes, qui est à l'entrée du tabernacle.

8. Et adipem vituli auferet pro peccato, tam eum qui vitalia operit, quam omnia que intrinsecus sunt.
9. Duos renunculos, et reticulum quod est super eos juxta illa, et adipem jecoris cum renunculis.
10. Sicut auferetur de vitulo hostia pacificorum : et adolebit ea super altare holocausti.
11. Pellem verò et omnes carnes, cum capite, et pedibus, et intestinis, et fimo.
12. Et reliquo corpore, efferet extra castra in locum mundum, ubi cineres effundi solent : incendetque ea super lignorum struem, que in loco effusorum cinerum cremabuntur.
13. Quòd si omnis turba Israel ignoraverit, et per imperitiam fecerit quod contra mandatum Domini est,
14. Et postea intellexerit peccatum suum, offeret pro peccato suo vitulum, adductaque eum ad ostium tabernaculi.
15. Et ponent seniores populi manus super caput ejus coram Domino. Immolatoque vitulo in conspectu Domini,
16. Inferet sacerdos, qui unctus est, de sanguine ejus in tabernaculum testimonii,
17. Tincto digito aspergens septies contra velum.
18. Ponetque de eodem sanguine in cornibus altaris, quod est coram Domino in tabernaculo testimonii : reliquum autem sanguinem fundet juxta basim altaris holocaustorum, quod est in ostio tabernaculi testimonii.
19. Il en prendra toute la graisse, et la brûlera sur l'autel ;
20. Faisant de ce veau, comme il a été dit qu'on ferait de l'autre : et le prêtre priant pour eux, le Seigneur leur pardonnera leur péché.
21. Le prêtre emportera aussi le veau hors du camp, et le brûlera, comme il a été dit du veau, parce que c'est pour le péché de tout le peuple, qu'il est offert en sacrifice.
22. Si un prince pèche ; et qu'ayant fait par ignorance quelqu'une des choses qui sont défendues par la loi du Seigneur,
23. Il reconnoisse ensuite son péché, il offrira pour hostie au Seigneur un bouc sans tache, pris d'entre les chèvres.
24. Il lui mettra la main sur la tête, pour le charger de son péché ; et lorsqu'il l'aura immolé au lieu où l'on a coutume de sacrifier les holocaustes devant le Seigneur, parce que c'est pour le péché,
25. Le prêtre trempera son doigt dans le sang de l'hostie offerte pour le péché, il en touchera les cornes de l'autel des holocaustes, et répandra le reste au pied de l'autel.
26. Il fera brûler la graisse sur l'autel, comme on a coutume de faire aux victimes pacifiques ; et le prêtre, à qui appartiendra le reste de la victime, priera pour lui et pour son péché, et il lui sera pardonné.
27. Que si quelqu'un d'entre le peuple pèche par ignorance, et qu'ayant fait quelque'une des choses qui sont défendues par la loi du Seigneur, et étant tombé en faute,
28. Il reconnoisse son péché, il offrira une chèvre sans tache, c'est-à-dire, sans défaut.
29. Il mettra sa main sur la tête de l'hostie, qui s'offre pour le péché, et il l'immolera au lieu destiné pour l'holocauste.
30. Le prêtre ayant pris avec son doigt du sang

- et tangens cornu altaris holocausti, reliquum fundet ad basim ejus.
31. Ommem autem adipem auferens, sicut auferri solet de victimis pacificorum, adolebit super altare in odorem suavitatis Domino : rogabitque pro eo, et dimittetur ei.
32. Sin autem de peccatoribus obtulerit victimam pro peccato, ovem scilicet immaculatam ;
33. Ponet manum super caput ejus, et immolabit eam in loco ubi solent caedi holocaustorum hostia.
34. Simetque sacerdos de sanguine ejus digito suo, et tangens cornu altaris holocausti, reliquum fundet ad basim ejus.
35. Ommem quoque adipem auferens, sicut auferri solet adestis arietis qui immolatur pro pacificis ; cremabit super altare in incensum Domini : rogabitque pro eo, et pro peccato ejus, et dimittetur ei.
8. Il prendra la graisse du veau offert pour le péché, tant celle qui couvre les entrailles ; que toute celle qui est au dedans ;
9. Les deux reins, la taie qui est sur les reins, près des flancs, et la graisse du foie avec les reins,
10. Comme on les ôte du veau de l'hostie pacifique ; et il les brûlera sur l'autel des holocaustes.
11. Et pour ce qui est de la peau et de toutes les chairs, avec la tête, les pieds, les intestins, les excréments,
12. Et tout le reste du corps, il les emportera hors du camp, dans un lieu net, où l'on a coutume de répandre les cendres de l'autel des holocaustes, et il les brûlera sur du bois où il aura mis le feu, afin qu'ils soient consumés au lieu où les cendres sont jetées.
13. Si c'est tout le peuple d'Israël qui ait ignoré, et qui par ignorance ait commis quelque chose contre le commandement du Seigneur,
14. Et qu'il reconnoisse ensuite son péché, il offrira aussi pour son péché un veau, qu'il amènera à l'entrée du tabernacle.
15. Les plus anciens du peuple mettront leurs mains sur la tête de l'hostie devant le Seigneur, comme pour la charger des péchés de tout le peuple ; et ayant immolé le veau en la présence du Seigneur,
16. Le prêtre qui a reçu l'onction, portera du sang de veau dans le tabernacle du témoignage ;
17. Et ayant trempé son doigt dans ce sang, il fera sept fois l'aspersion devant le voile, qui sépare le sanctuaire du reste du tabernacle.
18. Il mettra du même sang sur les cornes de l'autel des parfums, qui est devant le Seigneur, dans le tabernacle du témoignage ; et il répandra tout le reste du sang au pied de l'autel des holocaustes, qui est à l'entrée du tabernacle du témoignage.
19. Il en prendra toute la graisse, et la brûlera sur l'autel ;
20. Faisant de ce veau, comme il a été dit qu'on ferait de l'autre : et le prêtre priant pour eux, le Seigneur leur pardonnera leur péché.
21. Le prêtre emportera aussi le veau hors du camp, et le brûlera, comme il a été dit du veau, parce que c'est pour le péché de tout le peuple, qu'il est offert en sacrifice.
22. Si un prince pèche ; et qu'ayant fait par ignorance quelqu'une des choses qui sont défendues par la loi du Seigneur,
23. Il reconnoisse ensuite son péché, il offrira pour hostie au Seigneur un bouc sans tache, pris d'entre les chèvres.
24. Il lui mettra la main sur la tête, pour le charger de son péché ; et lorsqu'il l'aura immolé au lieu où l'on a coutume de sacrifier les holocaustes devant le Seigneur, parce que c'est pour le péché,
25. Le prêtre trempera son doigt dans le sang de l'hostie offerte pour le péché, il en touchera les cornes de l'autel des holocaustes, et répandra le reste au pied de l'autel.
26. Il fera brûler la graisse sur l'autel, comme on a coutume de faire aux victimes pacifiques ; et le prêtre, à qui appartiendra le reste de la victime, priera pour lui et pour son péché, et il lui sera pardonné.
27. Que si quelqu'un d'entre le peuple pèche par ignorance, et qu'ayant fait quelque'une des choses qui sont défendues par la loi du Seigneur, et étant tombé en faute,
28. Il reconnoisse son péché, il offrira une chèvre sans tache, c'est-à-dire, sans défaut.
29. Il mettra sa main sur la tête de l'hostie, qui s'offre pour le péché, et il l'immolera au lieu destiné pour l'holocauste.
30. Le prêtre ayant pris avec son doigt du sang

- de la chèvre, en touchera les cornes de l'autel des holocaustes, et répandra le reste au pied de l'autel.
31. Il en ôtera aussi toute la graisse, comme on a coutume de l'ôter aux victimes pacifiques ; il la fera brûler sur l'autel devant le Seigneur, comme une oblation d'agréable odeur ; il priera pour celui qui a commis la faute ; et elle lui sera pardonnée.
32. S'il offre pour le péché une victime de brebis, il prendra une brebis qui soit sans tache, c'est-à-dire, sans défaut.
33. Il lui mettra la main sur la tête ; et il l'immolera au lieu où l'on a coutume d'égorger les hosties des holocaustes.
34. Le prêtre ayant pris avec son doigt du sang de la brebis, il en touchera les cornes de l'autel des holocaustes, et répandra le reste au pied de l'autel.
35. Il en ôtera aussi toute la graisse, comme on a coutume de l'ôter au bœuf qui s'offre pour l'hostie pacifique ; il la brûlera sur l'autel, comme un encens offert au Seigneur ; il priera pour celui qui offre, et pour son péché ; et il lui sera pardonné.

## COMMENTARIUM.

VERB. 1. — LOCUTUS EST DOMINUS AD MOYSEM. Incertum est an eodem tempore, quo locutus est ea que præscripta sunt c. 1, 2 et 3, an alio : nam quòd verbum locutus est hic repetitur, arguere potest tantum novitatem materie, non autem temporis. Ita Abulens.

VERB. 2. — ANIMA, homo : vide dicta c. 2, 1.

QUE PECCAVIT PER IGNORANTIAM, sive legis et juris, sive facti, camque crassam et culpabilem. Pro ignorantiam hebr. est *segaga*, quod recentiores vertunt errorem et lapsum ex passione, v. g., ex vehementi cholera. Verum *segaga* propriè significat ignorantiam, et ita vertit Chald., Philo, S. Hier. et alii.

ET DE UNIVERSIS MANDATIS DOMINI, QUE PRECIPIT ET NON FIERT, QUÏPPIAM FECERIT. De universis, ergo tam naturalibus quàm ceremonialibus et judicialibus, tam affirmativis quàm negativis mandatis. Ita Ribera contra Abulens. qui de solis ceremonialibus hic agi putat. Ratio est, quia in omnia omnino cadere potest error, saltem facti, qui sacrificio expiandus erat. Si enim quis, non per ignorantiam, sed scienter violasset ea que in Decalogo mandantur, idque publicum fuisset, hic culpam non sacrificio, sed poenâ et multâ à judice inflictâ luisset, ut patet Deuter. 19, 12 et ultimo, et alibi : unde sequitur hic agi de peccato occulto, non publico, ut docet Josephus l. 3, c. 10, et ex eo Ribera ; publicum enim per judicem punitum fuisset ; iudex enim non admisisset excusationem ignorantiam ; nam in judicio, cum agitur de crimine, præsumitur reus scivisse legem, et facti sui speciem, nisi ipse contrarium doceat.

MANDATIS, id est, mandato aliquo prohibitis. Unde sequitur : *Que præcipit ut non fiant* ; sicut enim Hebræi sæpe aliquid ponunt pro objecto, ut amorem per amata, timorem pro re timendâ (quomodo Deus dicitur amor et timor noster, vide can. 21), ita pariter legem aut mandatum ponunt pro re, que lege vel mandato vetatur. Ita Cajet.

QUE PRECIPIT UT NON FIERT. Hebr. est, *que non fient*, id est, que ex Dei lege fieri non debent,

q. d. : Qui fecerit aliquid lege prohibitum, sive qui contra legem aliquid fecerit, et peccaverit, vel commisionem vel omissionem : nam non tantum præcepta negativa, sed et affirmativa, sicut præcipiunt rem quam mandant, ita contrarium ejus ejusque omissionem prohibent ; v. g., cum dicitur : *Honora patrem*, præcipitur honor patris, et simul prohibetur contumelia, et omisso honoris patri debell.

VERB. 3. — SI SACERDOS, QUI UNCTUS EST, PECCAVIT. Sacerdos, id est, pontifex : nam Sept. habent *azazel*, et Chald. *sacerdos magnus*, illius enim peccatum ob personam dignitatem erat maximum. Unde primo loco hic ponitur, et hostiâ maximâ, puta vitulo, expiari jubetur. Qui unctus est, postquam consecratus est. Ita Sept. qui vertunt *azazel* : nam si designatus pontifex peccasset antequàm consecraretur, tunc victimâ plebeiâ ut principis expiabat se. Ita Ribera.

DELINQUERE FACIENS POPULUM, hebr., *si pecces ad peccatum populi*, ut scilicet suo peccato scandalizet, et peccare faciat populum. Potest secundò verbi, *si peccet secundum peccatum populi*, vel sicut populus peccare solet : quo tacite significat lex, pontificis non esse peccare, sed populi ; pontificis enim est intercedere pro peccatis populi.

VERB. 4. — ET IMMOLABIT EUM DOMINO. Puta ipsemet pontifex qui peccavit, ut præcessit : neque enim alius hic nominatur sacerdos inferior qui id faciat, sicut nominatus est c. 1, 5, in sacrificio laici, de quo tamen minus erat dubium, quin per Aaronem et filios ejus fieri deberet. Rursùm pontifex qui peccaverat, debebat imponere manus sue victimæ, ut sequitur, et eandem immolare : omnia enim hæc eodem spectant, et eundem pontificem qui peccavit respiciunt. Ita ex Philone Ribera contra Abulensem.

Moraliter, Origenes : Admonetur, inquit, hic pontifex infirmitatis sue, ut humiliter agnoscat et intelligat peccatum suum ; nunquam enim se emendat, qui peccasse se non putat. Simul docetur facillè indulgere peccatis, nam, ut aiebat Dido.

*Non ignara mali miseris succurrere disco.*

VERS. 6. — ASPERGAT EO (sanguine vituli à se et pro se immolati) SEPTIES CORAM DOMINO CONTRA VELUM SANCTUARIUM. Puta, contra velum Sancti sanctorum, ubi presentiam suam exhibet Deus in propitiario. Aspergendo ergo sanguinem coram velo Sancti sanctorum, dicebatur eum aspergere coram Domino.

Nota, *asperget septies*, ut scilicet perfecta fiat expiatio. Septenario enim significatur perfectio; sic septem peccata capitalia, omnia peccata comprehendunt.

Nota, multa fuisse peculiariter in sacrificio hoc, uti et in sacrificio pro peccato totius populi, sicut patet textum legenti et conferenti, idque ad hoc, ut per ea significaretur gravitas peccati tum sacerdotis sive pontificis, tum totius populi.

VERS. 7. — IN BASIM (juxta basim, patet v. 18) ALTARIS QUOD EST IN INTROITU (juxta introitum) TABERNACULI.

VERS. 8. — ET ADIPEM VITULI OFFERET. Corrige *auferet*, scilicet à vitulo, ut offerat et adoleat eum Deo. Ita Hebr., Chald., Græca, Romana.

TAM EUM QUI VITALIA OPERIT, QUAM OMNIA QUE INTRINSECUS SUNT, q. d.: Auferet et offeret adipem omnem, tam eum qui operit vitalia, puta cor et præcordia, quam eum qui est intra ipsa vitalia et viscera; Ita Hebræa.

VERS. 10. — SICUT OFFERTUR. Corrige *auferetur*, juxta ea que dixi v. 8.

VERS. 11 ET 12. — PELLEM VERÒ ET OMNES CARNES, CUM CAPITIS ET PEDIBUS ET INTESTINIS ET FIMO, ET RELIQUO CORPORE EFFERET EXTRA CASTRA IN LOCUM MUNDUM, UBI CINERES EFFUNDI SOLENT, INCENDETQUE EA. Nota. Hic erat ritus hostiæ pro pontificis peccato. Primò, pontifex ipse adducebat ad altare suam hostiam, scilicet vitulum, eique suas manus imponebat, quasi impreans et imponens ei peccatum suum. Secundò, ibidem eam jugulabat et immolabat. Tertio, cratero ejus sanguinem excipiebat, quem inerebat in tabernaculum, septies eo aspergens velum oppositum Sancto sanctorum, eodemque tingens cornua altaris thymiamatis, reliquum verò sanguinem referebat in atrium, eumque effundebat juxta basim altaris holocaustorum. Quarto, in altari holocaustorum cremabat adipem et renes hujus hostiæ, puta vituli. Quintò, reliquum hostiæ, puta totum vitulum, cum pelle, intestinis et fimo referebat extra castra, eaque omnia cremabat in loco mundo, ubi cineres victimarum effundi solebant.

Quæres, cur jussit Deus hunc vitulum oblatum pro peccato pontificis, uti et vitulum oblatum pro peccato totius populi, totum cum pelle comburi, non in altari, sed extra castra? — Resp. Litteralis causa hujus ceremoniæ fuit, primò, ut illa excitaret in Judæis ingens peccati odium et horrorem: tacitè enim significabat, quòd, sicut victima pro peccato extra castra cremabatur, ita multò magis peccatum ipsum, et peccatores extra mundum cremandi essent in inferno.

Secundò: Nemo, inquit Philo l. de Victimis, est pontifex aut toto populo præstantior, qui pro eo peccante deprecatur apud Deum allegari possit, ut hæc ratione ex lege que hic c. 6, v. 26, præscribitur, eorum victimas pro peccato comedat: restat ergo ut ille extra castra cremetur. Addit Theodoret. q. 5, totam hostiam cum pelle comburi, ut demonstretur sacerdotem, sive pontificem non aliquatenus, sed totum se omniaque sua dedicasse Deo universorum, cumque per peccatum aliquid sui Deo subtraxerit, hinc pro se totum vitulum Deo consecrare et immolare. Tertio et proprio, hæc ceremonia tacita erat oratio, quâ pontifex rogabat Deum ut peccata ista pontificis, vel totius populi, id est, peccata ista coram debita, ipsum populum non tangerent nec lederent, sed cum victimâ hirci et vituli quasi extra castra populi efferrentur, cremarentur et abolerentur. Ubi nota, peccata pontificis, utpote personæ communis, et principis totius populi, avari peccatis totius populi; nam tam victima pro peccato pontificis, quam victima pro peccato populi cremanda erat extra castra, ut significaretur peccatum pontificis, quasi principis, tota populi castra contaminare; alia enim peccata privatorum hominum expiabantur victimâ immolâtâ in ipsis castris, et in ipso atrio tabernaculi, neque censebantur tota castra contaminare, maculare aut polluere.

Causam allegoricam hujus ceremoniæ dat Apostolus Hebr. 15, 42, scilicet hæc ceremonia significatum fuisse, quòd *Christus extra castra*, id est, extra portam urbis Jerusalem (castra enim habebant suas portas, erantque quasi urbs cum suo tabernaculo et templo ambulans et mobilis per desertum) torquendus erat in cruce, et abolito castrorum Judæicorum tabernaculo et templo, Ecclesiam gentium per totum orbem diffundendam morte suâ erat instituturus: hoc est enim quod ait S. Leo ser. 9 de passione: Nec intra septa civitatis ob meritum sui sceleris diritende, sed foris et extra castra crucifixus est Christus, ut veterum victimarum cessante mysterio, nova hostia et novo imponeretur altari, et crux Christi non templi esset ara, sed mundi. Unde et S. Joan. c. 11, 53, ait Christum morti destinatum esse *pro gente Judæa, et non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant toto orbe inter gentes dispersi, congregaret in unum*. Denique sanguis victimarum expians Sanctum et Sanctum sanctorum, ut patet c. 16, 45, significabat Christum sanguine suo expiatorum Ecclesiam, et cælum ipsum; non quasi cælum in se immundum sit, sed quòd legaliter et symbolice consecratur immundum, et quasi aspergine quâdam peccati (peccatum enim morale quâdam æstimatione censetur, et in Scripturâ dicitur contaminare ipsam terram, cælum, totumque mundum) maculatum, ideoque clausum perinde ac templum pollutum clauditur: Christus ergo suo sanguine peccata nostra expians, etiam cælum ipsum peccatis nostris quasi contaminatum, quodammodo expiasset et reconciliasset censetur, dum illud nobis aperuit et reservavit. Ita Radulph. hic in cap. 16.

Tropologicam causam hujus ceremoniæ dat Apostolus Hebr. 15, v. 15, scilicet hæc ceremoniam significasse, nos omnes qui ad Christum et altare eucharisticum accedere cupimus, exire debere *extra castra* pompæ, voluptatum, luxûs et legum tabernaculi, id est, mundi hujus caduci et mobilis, ut portemus improprium crucis Christi, imitando scilicet et voluntariè amplectendo Christi ignominiam, paupertatem, abstinentiam, humilitatem, contemptum, persecutiones, tormenta et martyrium; hæc enim verbis Apostolus excitat Hebræos, ut Judæorum persecutiones, contumelias, et dira quæque pro Christi fide fortiter sustineant, et in his gloriantur, tanquam qui cum Christo extra castra Judæismi, et mundanæ felicitatis egrediantur portantes improprium crucis ipsius. Sic *Apostoli ibant gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habitii sunt pro nomine Jesu contumeliam pati*. Exeamus ergo et nos cumulatè opprobriis, consputi, milleque probris oppleti, portantes crucem nostram cum Christo: exeamus, inquam, læti, fidentes et animosi, tanto duce Christo nobis præeunte, dicamusque cum Paulo: *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo*. Ita Procop. et Cyril. lib. 15 de Adoratione, atque Theodor., S. Thom., Ansel. et Theophyl. in c. 45 ad Hebræos.

Anagogicam causam dat ibidem Paulus v. 14, scilicet hæc ceremoniâ adumbratum fuisse, quòd in hæc vitâ et mundo non habeamus manentem civitatem, sed quòd in eo degamus quasi in castris et tabernaculis, ut sciamus nos hic esse peregrinos et milites, qui futuram civitatem in cælis inquirere, et pro eâ generosè contra carnem, mundum et demonem dimicare, ad eamque omnibus viribus tendere et conitti debeamus. Addit Boda: Christus, ait, in cælo oblatum est pro numerè angelorum et beatorum, quos visione suæ humanitatis et divinitatis beat; in terris verò oblatum est pro peccato, id est, passus est extra castra angelorum et beatorum, de quibus dixit Jacob: *Castra Dei sunt hæc*, Gen. 32, 2.

VERS. 12. — EFFERET EXTRA CASTRA IN LOCUM MUNDUM. Licet enim hoc sacrificium esset pro peccato pontificis, idèque victima cremaretur extra castra, tamen quia sacrificium hoc expiatorium, sanctum et mundum erat, hinc locus mundus debebatur ei, victimæque cineres, quasi reliquie sacrificii, mundo loco erant reponendi, ne à populo calcarentur, vel irreverenter tractarentur.

UBI CINERES EFFUNDI SOLENT. Nota. Cineres victimarum primò in atrio, juxta altare holocaustorum effundebantur, indeque ad locum mundum, de quo hic agitur, extra castra efferebantur, in quo vitulus hic pro pontificis peccato jugulatus jubetur cremari.

Tropolog. significatur hic non licere peccata sacerdotum in publicum jactare, neque in locum immundum, id est, in detractorum conventicula et in profanas ac maledicæ linguas, sed curandum esse ut taceantur, et omnes eorum reliquie charitatis igne consumantur, ac perpetuo silentio contegantur; ut que nihil remaneat quod trahi possit in exemplum. Ita Ribera Jib. 4 de Templo, c. 7, qui cætera

omnia tropologicè applicat, et sigillatim adspat.

VERS. 15. — QUÒD SI OMNIS TERRA ISRAEL IGNORAVIT, q. d.: Si totus populus Judæorum, vel certâ maxima ejus pars peccaverit per ignorantiam. Est hæc secunda hostia pro peccato, scilicet totius populi.

Nota. Eadem præscripta est hostia in peccato populi, quæ præscripta est in peccato pontificis, puta vitulus. Idemque erat ritus immolandi utriusque, quem descripsi vers. 11, quòd in peccato populi, non pontifex, sed seniores populi pro toto populo manus hostiæ imponebant.

VERS. 15 ET 16. — IMMOLATQUE VITULO IN CONSPPECTU DOMINI, INFERET SACERDOS QUI UNCTUS EST, puta pontifex; nam peccatum totius populi erat valde grave: hinc illud solus expiabat pontifex, maximè quia hoc sacrificium pro peccato populi typus erat expiationis culpe totius generis humani, quam solus potuit facere Christus pontifex noster.

VERS. 18. — ALTARIS QUOD EST CORAM DOMINO, puta altaris thymiamatis, quòd in Sancto oliværum erat propitiatorium, in quo residebat Deus.

QUOD EST IN OSTIO (in, id est, juxta ostium) TABERNACULI.

VERS. 20. — ROGANTE PRO EIS SACERDOTE (pontifice), PROPITIUS ERIT EIS DOMINUS, q. d.: Si hæc victima fuerit oblata pro peccato principis, aut privata personæ, non cremaretur extra castra, sed de more in altari holocaustorum. Rursùm, non inferretur ejus sanguis in tabernaculum, ut eo aspergeretur altare thymiamatis: hæc enim duo tantum fiebant in peccato pontificis et totius populi. Et hoc est quod ait Apostolus Hebr. 15, 11: *Quorum animalium inferunt sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, harum corpora cremantur extra castra*. Vide dicta v. 11.

VERS. 21. — ISEM ALTEM VITULUM EFFERET EXTRA CASTRA, ATQUE COMBURET: QUIA EST PRO PECCATO MULTITUDINIS, q. d.: Si hæc victima fuisset oblata pro peccato principis, aut privata personæ, non cremaretur extra castra, sed de more in altari holocaustorum. Rursùm, non inferretur ejus sanguis in tabernaculum, ut eo aspergeretur altare thymiamatis: hæc enim duo tantum fiebant in peccato pontificis et totius populi. Et hoc est quod ait Apostolus Hebr. 15, 11: *Quorum animalium inferunt sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, harum corpora cremantur extra castra*. Vide dicta v. 11.

VERS. 22. — SI PECCAVIT PRINCEPS. Est hæc tertia hostia pro peccato, scilicet principis. *Princeps* hic vocatur is qui erat dux, caput et primus in familiâ, aut tribu, aut exercitu: hunc enim significat *hebr. nasi*. id est, elevatus, qui dignitate inter suos eminet, ad patet Num. 1, v. 4, et c. 7, v. 2.

Principis peccati et hostiæ legem specialem Deus hic sanxit, ut sciant principes se homines esse, errare et peccare posse, dicantque: Homo sum, humani à me nihil alienum puto; ac pròinde si quid malò promiserint, fidem rescindant: si quid malè imperarint, retractent, nec mordicis in eo quod semel stauerunt, persistent, sive fas sit, sive nefas. Ita Agellanus rex Lacedæmæ urgenti verbum regis, dicentique: *Assensus es: Omnino, inquit, assensus sum, si res justa est: sin minus, dixi: Sanè, verum: assen-*

sus non sum; inferentique: Af verò reges par est implere quod capite ammerint, respondit: Non magis, quam equum est ut qui regem accedunt, petant, dicant que justa, considerato quid occasio et decorum regis ferat. Ita Cato Major aiebat: Malo nullum ex beneficiis collatum gratiam adipisci, quam ob delictum non dare penam: omnibusque peccantibus, me uno excepto, ignosco. Ita Agesipolis Cloombroti filius objicenti; quòd cum rex esset datus fuisset obses: Quid, inquit, justum rectumque est nosmetipsos nostra peccata lucrè. Ita Plutarch. in Apophieg.

VERS. 25. — OFFERET HOSTIAM DOMINO HIRCUM DE CAPRIS, hebr. hircum caprarum, id est, hircum filium alicujus capre. Ubi duplex est hebraismus: prior, quòd numerus pluralis ponatur pro singulari, puta caprarum pro caprè; posterior, quòd tunc p' rasi Hebræi significant hircum novellum, et adhuc matrem sequentem: quando enim animali coipiam additur genitivus femininus pluralis, tunc significatur animal illud tenerum esse, ut uti necdum à matre sit avulsum. Unde Alexander Mæcedo, quia juvenis erat, vocatur hircus caprarum, Daniel. 8, v. 21. Similia sunt Gen. 57, 17; 1 Esdr. 6, 17; psal. 115, 4; Ezech. 45, 25, in Hebræo.

Sept. pro hircò et caprâ, vertunt chimærus et chimæra, id est, fetus caprarum chimærin, hoc est, hybridus: bis enim in anno partiunt capræ, semel in ætate, semel in hyeme. Per hyemem ergo et capram hybridam videtur significari poenitentiam; ita Isyebius et Radolph.

Rursùm princeps, id est, vir sanctus et heroicus, pro peccato offeri hircum, id est, fortem et durum subit poenitentiam: anima verò de populo terræ, id est, homo infirmus, qui est ex grege vel face hominum, pro peccato offert capram, id est levem, remissam et quasi feminam, quam sustinere possit, obit poenitentiam; ita Radolph.

VERS. 24. — CUMQUE IMMOLAVERIT (non princeps, sed sacerdos ad quem spectat immolare) QUIA PRO PECCATO EST, TINGET SACERDOS DIGITUM IN SANGUINE HOSTIÆ PRO PECCATO, TANGENS CORNUA ALTARIS, Q. D.: Si non esset hostia pro peccato, noningeret sacerdos sanguine cornua altaris; illa enim tinctio tantum fiebat in sacrificiis pro peccato; altare enim Deum presentabat, itaque tingebat illud sanguine sacerdos, quasi significans se sanguinem peccatoris Deo debitum, in hæc victimâ illi dare, itaque placari Deum.

Nota, hoc vers. et v. 5, 25, 26, hostia pro peccato, vocatur hebr. chattat, grac. ἀσπίς, id est, peccatum, metonymicè; peccatum enim hominis, impositione manûs in hostiam, moralis æstimatione quasi transferretur. Sic Paulus 2 Cor. 5, v. ult.: Eum, inquit, qui non nocet peccatum (Christum) pro nobis peccatum (id est, hostiam pro peccato) fecit; ut nos efficeretur justitia (justi) Dei in ipso (per ipsum).

VERS. 27. — QUOD SI PECCAVERIT ANIMA PER IGNORANTIAM DE POPULO TERRÆ. Anima de populo terræ est homo plebeus, vulgaris et gregarius. Est hæc

quarta hostia pro peccato scilicet plebeus: hujus hostia erat capra.

Tropolog. Beda: Anima, ait, que peccat est de populo terræ, quia terrenis bonis inhabit; nam ea que non peccat est ex iis de quibus dicitur: Nostra conversatio in caelis est.

VERS. 32. — SI AUTEM DE PECORIBUS, DE PECUDIBUS (vide dicta c. 1, 10), puta de ovibus; nam de capris jam præcessit. Unde hebræa clarè habent: Si ovem adduxerit oblationem pro peccato, integram adducet eam.

Notat Philo, principem pro peccato offeri hircum; plebeium capram, quæ minoris pretii est victima, quia mas magistratui, femina plebeo competit; minis enim virilitatis et sapientiæ habet plebeius, quam princeps. Rursùm capra et ovis tacitè admonet offerentes ut in posterum innocentiæ student, darentque operam ut quibus injuriâ aliqua, aut exemplo noceantur, omni ratione prodesse; sic enim oves et capræ suo lacte, lanâ, carne, corio omnibus prosunt.

VERS. 33. — IMMOLAVIT EAM (per sacerdotem) IN LOCO, etc., HOLOCAUSTORUM, scilicet juxta altare, ubi immolari solent holocausta. Ita Sept.

VERS. 35. — CREMABIT SUPER ALTARE IN INCENSUM DOMINI, id est, ut hebræa habent, adolebit scilicet ea ad incensum, vel in incensa, Domino; ut scilicet sint incensa Domini. Itaque sicut in victimis pacificis, sic et in hostiâ pro peccato, solus adeps cum renibus et sanguis Deo cedebat. Quid faciendum sit de carnibus hujus hostiæ pro peccato plebei, uti et hostiæ pro peccato principis, dicit Moses c. 6, v. 26.

Nota. In sacrificio pro peccato, uti et in quolibet alio, victimæ imponebatur sal, uti præscriptum est cap. 2, v. 15, non verò alia libamina vini, olei et farinis: hæc enim tantum addebantur holocausto, et victimæ pacificæ: ejus differentie causam assignabo Num. 15, 5. Hinc sequitur, nec thus impositum fuisse victimæ pro peccato. Thus enim non victimæ, sed ejus libamini, puta farri, imponebatur, ut patet Levit. 2, v. 1. Sacrificium autem pro peccato non habebat libamen farinis, uti jam dixi: ergo nec thus, imò si deficiente victimâ, offerenda esset simila, sive far pro peccato, illi non imponebatur thus, uti disertè præcipit Deus c. 3, v. 11.

Denique audi hic decem miracula in sacrificiis, quæ recensent Judæi. Primum, inquit, erat quòd cum statis festis innumera vis hominum ad templum conflueret, nulli unquam defuerit hospitium. Secundum, cum in templo stabant, se invicem comprimebant: cum verò in terram procumberent confessionem peccatorum facturi, omnes satis spatii habebant, quòd non alius alium sua delicta confitentem audiret, quatuor cubitorum esse oportebat. Tertium, ignis sacrificiorum cum esset sub dio, nunquam à pluvîâ fuit extinctus. Quartum, fumum victimarum nulli ventidimovero poterant, quum semper rectâ in cælum ascenderet. Quintum, nunquam malus casus aliquis accidit summo sacerdoti in die expiationis. Sextum, nullum unquam

vitium inventum fuit in panibus propositionis, vel primitiarum. Septimum, nulla unquam mulier gravida abortiit, ob odorem carniû sanctificarum. Octavum, nunquam foetuit caro sanctificata. Nonum, nulla musca visa fuit in eo loco, ubi mactabantur victimæ. Decimum, nullus unquam lesus fuit à serpente, vel à scorpione. Verùm hæc crassa miracula illis fabulosis reliquamus.

Mysticè, sacrificium pro peccato est poenitentia et contritio. Ps. 50: Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum et humiliatum Deus non despicies. Baruch. 2, 18: Anima que tristes est super magnitudine mali, et incedit curva et infirma, et oculi deficientes (lacrymalis, jejuniis et vigiliis) et anima esuriens dabit tibi gloriam et justitiam Domino. Dan. 5: In animo contrito et spiritu humilitatis suscipiamur, sicut in holocausto arietum, etc., sic fiat sacrificium nostrum. Ad poenitentiam, ait S. Aug. lib. de Poenit., agendam non sufficit mores immutare in melius, nisi etiam de his que facta sunt, satisfaciatur per poenitentiam dolorem, per humilitatis genium, per contritum cordis sacrificium, cooperantibus elemosynis. Notent hoc Lutherus et novantes, qui poenitentiam aliam non agnoscent quam respicientiam et novam vitam. Adject. S. Aug.: O humilis lacryma, tuum est regnum, tua est potentia, aspectum judicis non tereris; inimicis accusantibus silentium imponis. Sola intras ad regem, sed sola non recedis; vincis invincibiles, et ligas omnipotentem. S. Greg. 1. 21 Mor. Quo uberius, ait, culpa fletur, eo altior cognitio veritatis attingitur: quia ad videndum internum lumen, polluta dudum conscientia, lacrymis baptizata renovatur. Et mox: Vis punitionis poros cordis aperit, et pennis virtutum fundit: cùmque se studiosè mens de pigra vastitate redarguit, alacri novitate juvenescit. Idem. 1. 3 Dialogorum docet compunctionem hanc primum ex timore gehennæ; deinde ex amore Dei et regni ejus promanare: Qui prius, inquit, fletat, ne duceretur ad supplicium, postea amarissimè flere incipit, quia differitur à regno. S. Bern. in Cant. serm. 10: Unquentum, inquit, est contritio, est unquentum devotionis, est

## CAPUT V.

1. Si peccaverit anima, et audierit vocem jurantis, testisque fuerit quòd aut ipse vidit aut conscius est, nisi indicaverit, portabit iniquitatem suam.

2. Anima que tegerit aliquid immundum, sivo quòd occisum à bestia est, aut per se mortuum, aut quolibet aliud reptile: et oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est, et deliquit;

3. Et si tegerit quiddam de immunditiâ hominis, juxta omnem impuritatem quâ pollui solet, oblitaque cognoverit postea subjacebit delicto.

4. Anima, quæ juraverit, et protulerit labiis suis, ut vel malè quid faceret, vel bonè, et idipsum juramento

unquentum pietatis; primum pungituum, dolorem faciens; secundum temperatum, dolorem leniens; tertium sanativum, morbum expellens. S. Chrys. 1. de Compunctione cordis: Sola, inquit, compunctio est, quæ facit animam horrescere purpuram, desiderare ciliatum, amare lacrymas, fugere risum. Sicut impossibile est, ut ignis inflammetur in aquâ, ita impossibile est compunctionem vigere in delictis. Illa enim mater est fletus, hæc, risus: illa cor constringit, ista dissolvunt. Scimus quàm Christo gratum fuerit sacrificium compunctionis Magdalene, S. Petri, S. Pauli, S. Matthæi, S. Mariæ Egyptiacæ, S. Pelagiæ poenitentis, et S. Thaidis, quæ poenitens triennio cæcæ se inclusit, dixitque: Testor Deum, quia ex quo hæc ingressa sum omnia peccata mea velut sarcinam statui ante oculos meos, et fletum semper illa conspiciens. Unde Paulus discipulus S. Antonii vidit lectum pretiosum in cælo illi præparatum; quem tres virginæ clarâ facie fulgentes custodiebant. Hoc meruit ejus humilis poenitentia, quæ ex institutione B. Paphnutii, non audebat Deum nominare, nec manus in cælum expandere, sed una ejus vox hæc erat: Qui plasmasti me, miserere mei. Meritò dicit Abbas ille sanctus: Ut umbra corpus, sic compunctio te ubique comitetur. Et alius: Filii Israel post quadraginta annos intraverunt in terram promissionis. Lacrymæ sunt terra promissionis, ad quas si perverneris, jam non timebis bellum.

Nota est contritio Arsenii assidue lacrymantis, et Fabiolæ publicè poenitentis, apud S. Hier. et alterius apud Rufin. lib. 2, c. 1, qui sepulcro se inclusit, et tantquam vivens sepulchro, de inferno mugitum cordis gemitumque assidue dabat: undè audivit demones clamantes: Viciisti, viciisti. Verè ergo, ait Damascen. in Vita Barlaam, contritio et fons lacrymarum est baptismus. Narrat Palladius in Lausiaca c. 46 de quodam monacho lapsu, qui in se reversus splundæ se inclusit, sibi que sacrum et cinerem substravit, nec prius à terrâ surrexit, nec cessavit flere, quàm angelum audivit dicentem: Acceptus Deus poenitentiam tuam, et tui miserus est: vide ne deinceps decipiaris.

## CHAPITRE V.

1. Si un homme pêche, en ce qu'il a vu et entendu quel qu'un qui faisait un pacte avec un autre, et le confirmait avec serment, et pouvant être témoin de la chose, ou pour l'avoir vue, ou pour en être très-assuré, il n'aura pas voulu en rendre témoignage devant le juge qui l'interroge sur ce fait, il portera la peine de son iniquité, et sera puni très-sévèrement du refus qu'il a fait de découvrir la vérité.

2. Si un homme touche à une chose impure, comme serait un animal tué par une bête, ou qui soit mort de soi-même, ou un reptile, encore qu'il ait oublié cette impureté, il ne laisse pas d'être coupable, et il a commis une faute dont il doit se purifier dès qu'il vient à s'en souvenir.

3. Et si l'homme touche à une chose impure, comme serait un animal tué par une bête, ou qui soit mort de soi-même, ou un reptile, encore qu'il ait oublié cette impureté, il ne laisse pas d'être coupable, et il a commis une faute dont il doit se purifier dès qu'il vient à s'en souvenir.

4. Si un homme ayant juré et prononcé de ses lèvres, et confirmé par serment et par sa parole, qu'il ferait quelque chose de bien ou de mal. L'oublié ensuite, et après cela se ressouvient de la faute qu'il a

et sermone firmaverit oblitaque postea intellexerit delictum suum,

5. Agat poenitentiam pro peccato,  
6. Et offerat de gregibus agnam sive capram, orabitque pro eâ sacerdos et pro peccato ejus;

7. Sin autem non poterit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarum Domino, unum pro peccato, et alterum in holocaustum,

8. Dabitque eos sacerdoti: qui primum offerens pro peccato, retorquetur caput ejus ad pennas, ita ut collo hæreat, et non penitus abrumptur.

9. Et asperget de sanguine ejus parietem altaris, quid autem reliquum fuerit, faciet distillare ad fundamentum ejus, quia pro peccato est.

10. Alterum verò adolebit in holocaustum, ut fieri solet: rogabitque pro eo sacerdos et pro peccato ejus, et dimittetur ei.

11. Quod si non quiverit manus ejus duos offerre turtures, aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato suo similia: partem ephi decimam; non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est,

12. Tradetque eam sacerdoti, qui plenum ex eâ pugillum haerens, cremabit super altare, in monumentum ejus qui obtulerit,

13. Rogans pro illo et expians, reliquam verò partem ipse habebit in munere.

14. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 15. Anima, si prævaricans caeremoniam pro errore, in his que Domino sunt sanctificata peccaverit, offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui emi potest duobus siclis, juxta pondus sanctuarii:

16. Ipsumque quod intulit damni restituet, et quintam partem ponet supra, tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo, offerens arietem, et dimittetur ei.

17. Anima si peccaverit per ignorantiam, feceritque unum ex his que Domini lege prohibentur, et peccati rea intellexerit iniquitatem suam,

18. Offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, juxta mensuram æstimationemque peccati: qui orabit pro eo, quia nesciens fecerit, et dimittetur ei,

19. Quia per errorem deliquit in Dominum.

VERS. 1.—SI PECCAVIT ANIMA, eo modo quo sequitur. Casus et leges hujus capituli et sequentis ad omnes, etiam pontifices, pertinere videntur; nulla enim hic fit personarum distinctio, uti facta est cap. 4.

ET ADIERIT VOCEM JURANTIS. *Jurantis*, hoc est, ut Chald., Vatablus et alii vertunt, *adjurantis*, puta judicis. Unde et nonnulla Biblia manuscripta legunt, *adjurantis*: quin et Radulph. utramque lectionem, scilicet *jurantis* et *adjurantis*, adfert et exponit. Vilalpando quoque in c. 17 Ezech. p. 5, *jurantis*, ait, id est, judicis prævio juramento interrogantis, q. d.: Si quis testis

commisit, *sic en ne faisant pas le bien qu'il avait promis, soit en jurant de faire le mal qu'il ne devait pas faire.*

5. Qu'il fasse pénitence pour son péché;

6. Et qu'après l'avoir confessé au prêtre, il prenne dans les troupeaux une jeune brebis ou une chèvre, qu'il offrira, et le prêtre priera pour lui et pour la rémission de son péché;

7. Que s'il n'a pas le moyen d'offrir, ou une brebis ou une chèvre, qu'il offre au Seigneur deux turtures ou deux petits de colombes, l'un pour le péché, et l'autre en holocauste:

8. Il les donnera au prêtre, qui, offrant le premier pour le péché, lui fera retourner la tête du côté des ailes, et la coupera; en sorte néanmoins qu'elle demeure toujours attachée au cou, et qu'elle n'en soit pas tout-à-fait arrachée.

9. Il fera ensuite l'aspersion du sang de l'hostie sur les côtés de l'autel, et il en fera distiller tout le reste au pied, parce que c'est pour le péché.

10. Il brûlera l'autre, et en fera un holocauste, selon la coutume; et le prêtre priera pour cet homme et pour son péché, et il lui sera pardonné.

11. Que s'il n'a pas le moyen d'offrir deux turtures ou deux petits de colombes, il offrira pour son péché la dixième partie d'un ephi de fleur de farine; il ne l'arrosera point d'huile, et ne mettra point d'encens dessus, parce que c'est une oblation pour le péché, où la douceur et les délices ne doivent point se rencontrer.

12. Il la présentera au prêtre, lequel en prendra une poignée, la brûlera sur l'autel en mémoire de celui qui l'aura offerte.

13. Priant pour lui et expiant sa faute, et il aura le reste, comme un don qui lui appartient.

14. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit:

15. Si un homme pèche par ignorance contre les cérémonies qu'on doit observer dans les choses qui sont sanctifiées et consacrées au Seigneur, soit en ne payant pas les dîmes et les prémices, soit en employant à son propre usage les victimes ou les oblations destinées aux prêtres, il offrira pour sa faute un bœlier sans tache, c'est-à-dire sans défaut, pris dans les troupeaux, qui peut valoir deux sicles, selon le poids du sanctuaire.

16. Il restituera le tort qu'il a fait, en y ajoutant par dessus une cinquième partie, qu'il donnera au prêtre, lequel, offrant un bœlier, priera pour lui, et son péché lui sera pardonné.

17. Si un homme pèche par ignorance, en faisant quelque une des choses qui sont défendues par la loi du Seigneur, et qu'étant coupable de cette faute, il reconnoisse ensuite son iniquité,

18. Il prendra du milieu du troupeau un bœlier sans tache, qu'il offrira au prêtre. Ce bœlier sera plus ou moins cher, selon la mesure et l'estimation du péché: le prêtre priera pour lui parce qu'il a fait cette faute sans la connaître, et elle lui sera pardonnée.

19. Parce qu'il a péché par ignorance contre le Seigneur.

## COMMENTARIUM.

à giudice adjuratus, ut verè dicat id quod vidit, aut scid de re in judicio controversa: si is eam non indicet, sed palliat vel neget, dicatque se nihil de illa re scire, hic portabit iniquitatem suam. Secundò, *si jurantis simpliciter et propriè accipi potest.* Hebraicè enim est *ala*, id est, *juramenti*, præsertim execratorii, q. d.: Si quis audierit vocem jurantis, id est, juramento aliquo confirmantis, puta promittentis rem aliquam, aut contractum aliquem ineuntis, aut quid aliud asserentis et stabilientis juramento (Hebræi enim juramento suo contractus et promissa firmabant), hujusque rei testis

citatus sit in judicio, ut dicat id quod de re vidit aut cognovit; si is juridicè requisitus ad testandum veritatem, eam non indicet, hic portabit iniquitatem suam. Ita S. Aug. q. 4; Procop., Isychius, Origen., Radulphus et Abulens. Aliter exponunt Rabbini aliqui, quasi hic loquatur Script. de eo qui audit aliquem dejerantem, execrantem, maledicentem et abulentem nomine Dei, et non indicat illud magistratui, ut is puniatur; illum enim reum fieri, et debere pro hoc suo silentio, quasi delicto, offerre oblationem hic præscriptam.

Nota hic cæcietatem et perversitatem Judæorum, qui nullam sibi juramenti et perjuri conscientiam faciunt, nisi jurent manu impositâ super librum legis; quòd si alio ritu jurent, audacter jurant falsum. Quare imprudenter cum magnâ Christianorum injuriâ faciunt magistratus, qui Judæos in rebus forensibus ad jurandum contra Christianos admittunt. Quam perfidiam cum Noribergensis, alique Resp. olim intellexissent, Judæos ad nullum admitterent juramentum, nisi adnotâ manu ad librum legis suæ Synagoge jurarent. Adde quòd ipsi in die expiationis à Rabbini suis ab omnibus votis et juramentis, si quæ malignis fecerunt, absolvunt. Denique Judæus licitum sibi putat, christiano homini, quacunquè ratione possit, damnium inferre. Unde et quidam eorum magnus Rabbi sic scribit: *Optimus qui inter gentes est dignus est, ut caput illi conteratur tanquam serpenti.*

PORTABIT INIQUITATEM SUAM. *Iniquitas* hic ponitur metonymicè pro poenâ iniquitatis; quasi dicat: Talis puniatur à Deo, etiamsi scelus perpetuò lateat homines: talis sustinebit poenam iniquitatis suæ, quam tamen amoliri poterit poenitentia, et sacrificio quod præscribitur v. 6. Illa enim sanctio quæ habetur v. 6, ad omnes casus præcedentes referenda est. Deo enim per hoc sacrificium satisfiebat; proximo tamen, si is læsus esset, nihilominus damnium omne sarciendum erat.

VERS. 2.—ANIMA QUÆ TETIGERIT ALIQUID IMMUNDUM, etc., AUT QUOLIBET ALIUD REPTILE (omnia enim reptilia ex lege Levit. 11, v. 42, erant immunda) ET OBLITA FUERIT IMMUNDITIE SUE (ac consequenter neglexerit eam tollere per sacrificium à lege statutum) REA EST. Hebr. *immunda* vel *polluta* est, quia videlicet rem immundam tetigit, ideoque *rea est*, quia contra legem Levit. 11, v. 45, quæ vetat tangi immundum, fecit.

ET DELIQUIT, quia immunditiam hanc per sacrificium, sive lustrationem lege præscriptam, non expiavit. Ita Abulens. Theodotion et Aquila vertunt: *Anima quæ se inquinâri verbo impuro*, id est, re impura vel immunda, *rea est.* Verbum enim sæpè pro re sumitur metonymicè.

Tropol. Procop.: Qui alium quam Dei sectatur sermonem (hic enim solus purus est, ceteri sunt impuri), reus est et deliquit.

VERS. 3.—ET SI TETIGERIT QUIQUAM DE IMMUNDITIA HOMINIS, JUXTA OMNEM IMPURITATEM QUÆ POLLUI SOLET (id est, de omnibus illis in quibus homines ex lege Mosis pollui solent, sicut v. 5 legaliter polluebatur is

qui tangebat morticinum) SUBJACERIT DELICTO. Hebr. *deliquit*, ideoque poenæ, uti et culpæ, rea est et subiecta, ac consequenter tenebitur ad sacrificium v. 6 præscriptum, ut se expiet.

VERS. 4.—ANIMA QUÆ JURAVERIT, etc., UT VEL MALE QUID FACERET. *Malè facere* Hebr. est affligere. Unde ipsi per *malè facere* hic intelligunt jejunare. Ita et S. Greg., Cajetan., Vatabl. et alii; jejuniu enim est carnis afflictio. Verùm quia *malè facere* hic opponitur *benefacere*, hinc melius hæc non ad ipsum juramentum, sed ad tertium referas, q. d.: Homo qui juravit aliquid affligere, intellige justè, ut cum parentes jurant se castigaturos filios; loquitur enim Deus hic de malo poenæ, non culpæ, nam malum culpæ non est materia juramenti, quod tamen hic requiritur, ut patet ex Hebræo, qui sic habet, *ad omne quod loquitur homo in juramento, vel effuiteri: bata enim effuiter, vel temerè et inconsideratè proloqui significat.*

OBLITAQUE (ita ut non impleverit juramentum) POSTEA INTELLERIT DELICTUM SUUM, juramenti sui oblitus et neglectus. Hebr. est, cum cognoverit quòd dereliquerit in aliquo horum. Unde patet sacrificium quod sequitur, ad omnes præcedentes casus referendum esse, idque docet S. August. q. 1.

VERS. 5.—AGAT POENITENTIAM PRO PECCATO. Ut scilicet illud agnoscat, de eo doleat et contereatur: alioquin enim sacrificium quod offert præcedit ei proderit, sed ut ei prosit, ex contritione paranda necesse est. Unde idem intellige in omnibus aliis sacrificiis, etiamsi non exprimat. Hebræus et Chald. habent, *confiteatur peccatum in quo peccavit.* Unde Hebræi tradunt specialem hic requisitam fuisse peccati confessionem; istam videlicet, ut offerens manus suas habens inter victimæ cornu diceret: *Obsecro, Domine, peccavi, iniquè egi, prævaricatus sum, sic et sic feci, ecce poenitet me, et pulet me operum meorum, nunquam revertar ad rem istam.* Traduntque nihil profuisse sacrificia, nec expiæ peccata, nisi *tescuba veiddui*, id est, poenitentia et confessio hæc accessissent, juxta id quod præcipitur Num. 5, v. 7: *Confitebuntur peccatum suum quod fecerunt.* Hebræi etiamnum hæc specialem peccatorum confessionem faciunt in die expiationis, et loco satisfactionis sibi plagas infligunt ut ei ipsismet audiui. Vide ergo quam particiarius fuerit Judæorum confessio, quam heretici apud Christianos generalem esse voluit.

VERS. 6.—OFFERAT DE GREGIBUS AGNAM SIVE CAPRAM, etc.; SIN AUTEM NON POTUERIT OFFERRE PECUS (peccatum, hebr. est, *si manus ejus non poterit tangere sufficientiam ovis*, id est, si tam pauper sit ut non suppetat ovis), OFFERAT DUOS TURTURES, VEL DUOS PULLOS COLUMBARUM DOMINO, UNUM PRO PECCATO, ET ALTERUM IN HOLOCAUSTUM.

Nota. Prius debebat offerri turtur unus pro peccato, deinde alter in holocaustum, quia non est speciosa laus Dei in ore peccatoris. Carnes turturis immolati pro peccato cedebant totæ sacerdoti, nihil Deo, uti fiebat in aliis sacrificiis pro peccato, ut patet Levitic. 6, v. 26. Ita Abulens.

Tropolog. S. Gregor., Isychius et Radulphus per orem, furtivum, columbam, varios poenitentiae modos accipiunt. Si *pecus*, aiunt, offerre, id est poenitere in carnis afflictione nequeas, da furtivum, id est, contritionem et gemitum, quod non possis digna satisfactione peccatum obtinere; da *duos pullos columbarum*, id est, consecra mentem tuam contemplationi, et caelesti conversationi, ac plenissimè te Deo trade: retorque caput ut collo hareat; quia qui vitam in deliciis egit, si morte vicina et ætate fessè vanitatem studiorum suorum intelligit, si jam scit plangere quod vitam perdidit, caput à corpore secerat, mentis scilicet intentionem à procurandis carnis voluptatibus arreat: nec tamen caput ipsum peccatis abruptandum est; quia cura que carnis desideria negatur, sustentandis necessitatibus debetur, inquit Radulph.

Paulo aliter hæc accommodat S. Gregor. l. 32 Moral. 2: Juramentum, ait, proferre, est nos voto divinis servitibus alligare; et cum bona opera promittimus, nos bene facere spontemus; cum vero absentiam cruciatumque carnis nostræ roemus, malè ad præsens nos nobis facere juramus; sed quia nullus quantumlibet devotus est, qui inter ipsa pia vota non peccet, pro peccato agnam, id est, activè vite innocentiam, offerat, aut capram que in rupibus pascitur, id est, ad pactum contemplationis se accingat. Si hæc non possit, det duos turtures, vel duos pullos columbarum, id est, duplicem poenitentiam gemitum, quia scilicet et recta non fecit, et prava operatus est.

VERS. 11. — Quid si non quiverit manus eius offerre turtures, etc., offerret pro peccato suo simile partem ephi decimam. Decima ephi est gomor, que erat mensura quotidiani victus et manna, ut dixi Exodi 16, v. ult. Hæc omnia ad omnes precedentes hoc capite casus pertinent, uti superius dixi.

Allegor. Christus est decima ephi, seu trium modiorum: quia Christus habet in se SS. Trinitatis plenitudinem, sed ut decima, quia humanitas multo minor et inferior est deitate. Rursum ut decima, quia Christus perfectissimè decalogum adimplevit, inquit Isychius.

Tropologicè, Radulph. per decimam ephi accipit integrum peccatorum confessionem: denarius enim est numerus plenus et perfectus.

NON MITTIT IN EAM OLEUM, quod de more ex lege Levit. 2, v. 1, in mincha, id est, sacrificium simile, immitti solet. Vetatur ergo hic oleum in sacrificio pro peccato: cuius sanctionis, uti et aliorum ceremoniarum causa prima fuit, voluntas et electio Dei. Secunda causa mystica fuit, ut scilicet significaretur peccatorum expertem esse latine et lucis: oleum enim lætitiæ et lucis est symbolum. Ita Theod., Procop. et Cyrill. l. 15 de Adoratione in spiritu; nam, ut ait Cyprian. ser. 3 de lapsis: *Hæc sunt peccata lapsis, quod grandis fragilis, quod turbidum siccata lapsis, quod armentis pestilens vastitas, quod navigiis sæva tempestas.* Et S. Martialis ep. ad Burdegal.: *Peccata, ait, sunt spine, que per multas amaritudines, invidias*

*et dolositates, non solum gaudium et oleum Spiritus S in vobis dominari.* Aliter Isychius et Radulph.: *Peccator, ait, non debet se melleere oleo; id est, non debet presumere de peccati venià et indulgentià, sed anxari et timere ne forte eam non assuetur.*

Nec *thuris aliquid impositum, quia pro peccato est.* Thus hic vetatur in victimis pro peccato, ut per hoc designetur peccatum non bene ut thus, sed pessimè olere, et esse abominabile coram Deo. Ita S. Cyrillus l. 15 de Adoratione, Procop. et Theodor. Secundo, deest hic thus, id est, oratio, quia, ut inquit Radulph.: *Peccator liberè fronte veniorem petere non debet cum dignam non exhibeat satisfactionem: patat, quasi non petendo: speret, sed quasi desperando, dum et se indignum venià conficitur, et tamen solè Dei misericordià fieri posse credit, ut salvetur. Unde Ecclesia orat Deus non docet, ut dimittat quæ conscientia metuit, et adjuvat que oratio non presumat.* Et Isychius: *Thus, ait, hic non apponitur, quia nescit peccator utrum bona odoris sit ejus oratio, quam frequenter parvarietus es. Unde Joel e. 2: Convertimini, ait, ad Dominum, quia benignus est; quis scit si convertatur et ignoscatur, et relinquit post se benedictionem?*

VERS. 12. — IS MONUMENTUM EIUS QUI OBTULERIT. Ut scilicet Deus recordetur offerentis. Vide dicta cap. 2, vers. 2.

VERS. 15. — ROGANS ET EXPANS, rogans ut remittatur ei, patet ex Hebræo.

RELIQUAM VERO PARTEM (ex similè oblatà pro peccato) IPSE (sacerdos offerens) HABEBIT IN MUNERE. Hebr. *Sicut munus*, quo scilicet eum vult remunerari Deus, pro labore et ministerio tabernaculi: *mincha* enim Hebr. subinde quamvis oblationem, et quodvis donum significat. Septuag. vertunt: *Reliquum erit sacerdoti, sicut sacrificium simile*, quod scilicet ex lege ei credere debet, de quo e. 6, v. 16.

VERS. 15. — ANIMA SI PREVARICANS CEREMONIAS PER ERROREM. Nam si scilicet ex parvarietate esset, non expulsetur per sacrificium arietis quod hic prescribitur, sed morte puniretur, ut patet Numer. 15, 3. Unde v. 18 hic dicitur: *Orabit pro eo, quia nesciens fecit.* Pari modo gentium hæc erat sententia: *Sacrum, sacrove commendatum qui eleperit rasperite, parricida esto, uti refert Cicero l. 2 de Legibus.*

IN HIS QUE DOMINO SUNT SANCTIFICATA, v. g., si laicus comedit de carnibus Deo immolatis, ut dicitur, c. 22, v. 14.

OFFERET PRO DELICTO SCO ARIETEM, qui emi potest duobus siclis. Hebr. *juxta estimationem*, vel *pretium argenti siclorum*, puta minimum duorum. Ita Vatabl. Adde, verisimile esse, in Hebræo non legendum esse in plurali *secalim*, id est, siclorum, sed in duali *secalain*, id est, duorum siclorum. Siclus continebat 4 regales Hispanicos; duo ergo sicli argentei faciebant 8 regales Hispanicos, id est, duos florenos Brabanticos. Radulphus asserit Septuag. vertisse arietem pretii 50 siclorum, idque ad mysterium, inquit, ut scilicet significaretur confessionem fidei quam siclus significat, quæ aries, id est, Christus, acquiritur per

quingagesimam, id est, Spiritum S. in pentecoste effusum, hominibus dari. Verùm Græca, Regia et Romana carent jam omni numero; et certum est eò 50 irrepsisse: nil enim tale habent Hebræa, Chald. et Latina: et constat 50 siclis non arietem, sed bovem tunc emi solitum. Aries enim duobus siclis emi poterat, ut dicitur hoc versu.

JEXTA PONDUS SANCTIARI, id est, justè ponderis, ut siclo qui in sanctuario asservatur, tanquam justissimi ponderis, æquiperderet, uti dixi Exodi 30, 24; et patet Levit. ult. v. 25, ubi dicitur: *Omnis estimatio siclo sanctuarii ponderabitur.*

VERS. 16. — IPSUMQUE QUOD INTULIT DAMNI RESTITUIT, ET QUINTAM PARTEM PONET SUPRA. Ut scilicet hæc quinta pars præaddita, sit in compensationem injuriæ, quam præter damnum irrogavit Domino, ejusque sacris. Hinc patet, si quis per errorem usurpasset res sanctificatas et oblatas Deo, puta carnem vel adipem, qui soli Deo in victimâ cedebat, hic debet primò offerre arietem in sacrificium. Secundo, restituere rem usurpatam, et insuper quintam, ut, v. g., si quinquè usurpasset, restitueret sex: Deus enim hic privata personæ vicem subit; hæc enim sanctificata Deo specialiter, quasi privata personæ erant propria, erantque quasi pecuniam Dei. Unde restitutio eorumdem eidem erat debita. Hæc ergo prescribitur hic, additâ insuper mulctæ loco quintâ parte.

Nota. Hæc restitutio faciendâ erat in pecuniâ, quæ cedebat sacerdotibus (hî enim Dei vicem in terrâ gerunt), idque insinuat hic; nam aliqui qui hî holocausti partem per errorem comedisissent, debuissent integrum animal restituere, quod Deo offerretur in holocaustum; nec enim pars animalis offerri poterat in holocaustum, sed totum animal: ergo ne totum animal restituere cogentur, partis usurpatæ pretium persolvebant sacerdoti. Ita Abul. Græcè pro *quintam partem*, est *extempore*, quod nos, ait Orig., *possumus dicere super quintas, nisi diceretur istud specialis cuiusdam numeri apud illos esse vocabulum, quo indicaretur pro quinquè alios quinquè dandos, et unum super, ut, verbi gratiâ, intelligatur qui, furatus sit vel usurpatis in necessitate quinquè nummos de sanctis, ipsos quinquè*

## CAPUT VI.

1. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

2. Anima que peccaverit, et contempto Domino, negaverit proximo suo depositum quod fidei ejus creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit aut calumniam fecerit,

3. Sive rem perditam invenerit, et inficiens insuper pejeraverit, et quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solent peccare homines,

4. Convicta delicti, reddet

5. Omnia que per fraudem voluit obtinere, integra, et quintam insuper partem domino cui damnum intulerat.

6. Pro peccato autem suo offeret arietem immacu-

*restituere, et insuper alios quinquè, uno etiam super addito. Verùm meliùs eò extempore, exponas juxta Hebr. Chald. et Latine, que habent quintam partem; loquitur enim Moses de pecnâ non furii, de quo Exodi 25, v. 1, sic dicit sanctificatorum.*

VERS. 17. — ANIMA SI PECCAVERIT PER IGNORANTIAM, FECERITQUE UNUM EX HIS QUE DOMINI LEGE PROHIBENTUR, omitendo in sacris ceremoniam aliquam nulli damnosam: de hoc enim casu hic agi patet ex eo quod subditur, *Deliquit in Dominum*; et ex eo quod peccans juxta mensuram peccati jubetur arietem majoris, vel minoris pretii offerre. Ita Cajetan. Hæc ergo lex distinguitur à præced. v. 15, quod illa agat de sanctificatis sive oblatas Deo; hæc agat de ipsis sacris et ceremoniis. Distinguitur etiam ab illâ c. 4, vers. 27, quia illa generalis est, agitur de quibuslibet peccatis contra præcepta Dei commissis: hæc verò specialis est.

VERS. 18. — JEXTA MENSURAM ESTIMATIONEMQUE PECCATI, q. d.: Pro majori peccato meliorem et pretiosorem offeret arietem; pro minori verò minorem et vilioris pretii. Alter Abulens., q. d.: Tantus erit valor istius arietis qui offeritur, quanta fuit aestimatio, vel mensura posita in arietem pro peccato, id est, duorum siclorum. Sed non advertit Abul. ubi pretium duorum siclorum constituitur, non addi, *juxta mensuram estimationemque peccati*: quia jam per legem certum pretium definitur; hic verò, ubi dicit: *Juxta mensuram estimationemque peccati*, non constituit, nec definit pretium duorum siclorum, sed illud arbitrio et estimationi sacerdotis relinquit, ut ipse pro majori peccato arietem pretii arietem, pro minori minoris pretii injungat. Ita Ribera. Unde debet esse, *juxta estimationem tuam, scilicet, o Moses, et consequenter tuam, o Aaron et Sacerdos*: hæc enim sacra spectant ad Moysen, quatenus ipse erat princeps sacrorum et sacerdos. Unde in iis Aaron et sacerdotes ei successerunt.

ORABIT PRO EO, QUIA NESCIENS FECERIT, q. d.: Orabit pro eo, dicens: Parce, Domine, huic, qui deliquit in adhibendis ceremoniis à te præscriptis, quia nesciens id fecit.

## CHAPITRE VI.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit:

2. L'homme qui aura péché, en méprisant le Seigneur, et refusant de rendre à son prochain ce qui avait été commis à sa bonne foi, ou qui aura par violence ravi quelque chose, ou qui l'aura usurpé par fraude ou par tromperie;

3. Ou qui ayant trouvé une chose qui était perdue, le nie, et y ajoute encore un faux serment, ou qui aura fait quelque autre faute de toutes celles de cette nature que les hommes ont coutume de commettre;

4. Cet homme, dis-je, étant convaincu de son péché, par les remords de sa conscience,

5. Rendra en son entier tout ce qu'il a voulu usurper injustement: il donnera de plus une cinquième partie de sa valeur à celui qui en était le possesseur légitime, à qui il avait voulu faire tort, comme pour le dédommager, et pour réparer l'injure qu'il lui a faite.

6. Et il offrira pour son péché un bœuf sans tache, pris du troupeau, qu'il donnera au prêtre; et ce bœuf